



1789.

18. Puchmannus, Tr. Lud. im. fac. jur. pro cancellario:
Miscellaneorum ad jus pertinentium specimen IX.
Programma, quo sollemnia doctoralia Trani Victorici
Bastelli indicit.
19. Puchmannus, Tr. Lud. Dan. fac. jur. pro cancellario:
Miscellaneorum ad jus pertinentium specimen X.
Programma, quo sollemnia doctoralia Caroli Friderici
Curtii indicit.
20. Puchmannus, Tr. Lud. Dan. fac. jur. pro cancellario:
Miscellaneorum ad jus pertinentium specimen VIII.
Programma, quo sollemnia inauguralia Joannis
Altonii Lutherati indicit.
21. Puchmannus, Tr. Lud. Dan. fac. jur. pro cancellario:
Miscellaneorum ad jus pertinentium specimen II. Program-
ma, quo sollemnia inauguralia Adalphi Henrici Schmittii
indicit.
22. Puchmannus, Trinis Ludov. Danicis: de distinctione
inter animum occidendi directam et indirectam
et juris prudentiam criminali et civilis tractata.

1789.

23. Richterius, Christ. Gott: De veritate a proprie-
tatis dominio fundi pachtuario imponenda ad
115 § ult. l. 16 et 17 pr. d. de usupactor.
24. Rosenmüller, F. Georg, fac. jur. procan cellarius:
De factis interpretationis sacrarum litterarum in
ecclesia Christiana. Programma, quo sollemniter in
juris Grotii Augusti Baumgarten Cressii in-
dicit.
25. Sallerus, Carolus Augustus: De causis Constitutionum
principum in corrupta Christianorum disciplina
gaesens
26. Schmidtius, Wolfgang Wenceslaus: De iur. et officii
late juris, juris audi
27. Hinrich, Benjamin Tranyall: De importatione doli
in directi
28. Hülkemann, Theobaldus Cornelius: Rector Lu. Georgius II,
Saxoniae et Lusatiae legulator. Programma, quo so-
lenni doctoria indicit.

1789.

29. Weisse, Antonium Emilianus: Pro ordine succedendi
in Saxonica gente Saxonia Albertina
30. Wendlerus, Augustus Adolphus: De quinquennialibus
et decennialibus imperatorum Romanorum.
31. Windler, Carolus Godefridus, fac-jur. procurator
fac-jur. ordinarius senior et unus assessor:
honoris XIII p. 5. ex adversariis juris jurisprudentiae.
Programma, quo solennis doctoratus Christiani Henrici
Windleri indiget.
32. Windler, Carol. Godefr. de: De iurejurando.
33. Windler, Godefridus Ludovicus: De exceptionibus
non adimpleti contractus et praestandae evictionis
34. Windler, Godefridus Ludovicus: De protectione judiciali
in testamento illiterati haud necessaria.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]





~~1789, 78.~~ 7

PROCANCELLARIVS
IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS
I. V. D.

CATHEDRALIS ECCLESIAE NUMBURGENSIS CANONICVS
PANDECT. PROFESSOR ORDIN. ET COLLEG. IG TOR
ASSESSOR

SOLLEMNIA INAVGVRALIA

PRAECLARISSIMI CANDIDATI

IOANNIS DIETERICI BAETCKE

HAMBVRGENSIS

A. D. III. DECEMBR. MDCCLXXXIX

PVBlice CELEBRANDA

INDICIT



PROVINCIALE

IOSEPHUS POTTMANNUS

L. V. D.

CATHEDRAE RECTORIS IN UNIVERSITATE CANONICVS
HABET. PROFESSOR ORDINIS ET COLLEGI ICTOR

ASSISTENS

SOLLENNIA IN AUSTRIA

PROVINCIALE CANDIDATI

IOHANNIS DIETRICI BARTHE

WIMBROGENSIS

A. D. III. DEC. MDCCLXXXIX

EVANGELICAE CELEBRANDA

IMPETIT

MISCELLANEORVM

AD IVS PERTINENTIVM

SPECIMEN IX.

CAPVT XX.

De negotiatiōe, quae procuratorio nomine exercetur.

Quisquis vsus loquendi vel mediocriter gnarus est, ille statim intelliget, mihi hic de ea mercaturae s. negotiatiōis specie sermonem esse, quae alieno nomine alteriusue mandatu exerceri, vulgoque die *Commissions-Handlung* appellari solet. Haud quidem me fugit, H. B. ROTHIVM de *commerciis institutiōis*, HULD. AB EYBEN de *factoribus*, et Ill. I. C. KOCHIVM de *mercibus in commissionem datis*, singulares quondam proposuisse libellos, in iisqueidem fere argumentum, de quo in praesenti exponere constitui, tractasse. Ego vero hoc caput ita, vt titulus habet, inscribere malui, partim ne parum latine loqui, partim ne res admodum inter se diuersas commiscere vnaque pertica tractare videar. Plerique scilicet, in verborum haerentes errore, eos, quos hodie *Commissionairs* appellare solemus, cum insitори-

bus,

bus, de quibus in Dig. sub *Tit. de infortoria actione* agitur, confundunt. Ita sane C. G. LUDOVICI in dem Kaufmannslexico *P. II. p. 1416.*

Faktor, Commissionair, infortor, commis, heißet derjenige, der jemanden in Commissionen für Geld dienet, für ihn ein- und verkaufet, Waaren und Geld empfängt oder wegendet.

Enimuero infortor (vulgo Faktor) is demum est, qui integrae alicui tabernae seu loco cuidam ad emendam vendendumque praepositur, *l. 18. D. de infortor. act.* dudumque recte monuit LEYSER *Spec. 161. med. 6.* infortorem haud esse, nisi toti negotiationi praepositus sit. a) Deinde actio infortoria quidem competit ei, qui cum infortore contraxit, contra praeponentem eiusue heredes, nequaquam autem praepONENTI aduersus eos, qui cum infortore contraxerunt, nisi ille rem suam aliter seruare haud possit, *l. 1. et 2. D. h. t.* quod in negotiatione, quae alterius mandatu exerceatur, aliter habere, ex iis, quae postea dicemus, patebit.

Sed nec contractus aestimatorius hic subesse existimandus est. In hoc enim res aestimata alicui vendenda datur ea lege, vt accipiens

a) Recte I. H. LUNGIUS in d. Lehrbuch d. Handlungswissenschaft §. 76. Ein Faktor (infortor) ist vom Commissionair darinnen verschieden, daß er ein beständiger Diener Anderer ist, dieser aber nur die Commissionen annimmt, die ihm anstehen, und nach jeder geschlossenen Commission gegen den Committenten keine weitem Verbindlichkeiten hat.

ciens vel rem ipsam reddat, vel aestimationem conuentam praestet. Qui autem alterius mandatu aut emit, aut vendit, ille, etsi aut minoris emit, aut plaris vendat, quam mandato expressum est, nihil tamen inde in rem suam verrere potest, sed omne lucrum mandanti relinquere tenetur.

Ego igitur, quidquid huius rei est, ex regulis mandato praescriptis aestimandum censeo, neque tamen valde repugnabo, si quis hoc negotium contractu singulari, moribus introducto, constare dixerit. I. H. IUNGIVS l. c. §. 5 27. scribit:

Durch das Wort Commission versteht man in der Handlung den Auftrag, den man einem andern giebt, ein Handelsgeschäfte gegen eine gewisse gesetzte Belohnung für jemand zu besorgen. Derjenige, welcher sein Geschäfte einem andern aufträgt, heißt der Committent, dem es aufgetragen wird, der Commissionair, und der Lohn, den letzterer für seine Mühe bekommt, wird Provision genannt.

Quod IUNGIVS mercedem (Lohn) vocat, ego honorarium, quod nec mandatum respuit, (*l. 6. pr. D. mand.*) dicere malim, adeo vt nihil ob stare videatur, quo minus regulae in mandato obseruandae huc transferri commode possint.

Vt autem ordine procedat oratio, primo quidem, cui mandari haecce negotiatio possit, disquiram, deinde potiores, quae hic incidere possunt, quaestiones proponam.

Quemadmodum mandatum quodcumque mutuo contrahitur consensu, et cum praesenti, tum absenti (per nuncium aut per litteras) mandari potest, ita nullum est dubium, quin idem in hac, de qua quaerimus, negotiationis specie locum inueniat, nec sat scio, quare aliter visum sit I. D. H. MUSAEI in den Grundsätzen des Handlungsrechts §. 58. scribenti:

Commissions-Handlung ist, wo jemand von dem Orte seines Aufenthalts aus eines an einem andern Orte wohnenden Geschäftes besorgt, ohne selbst Handlung zu treiben, übrigens aber dafür gewisser Vortheile genießt.

Cum porro contractus mandati maxime vicaria amicorum confert opera, nihil omnino obesse video, quare non omnibus, quorum in fide mandans fiduciam ponit, negotiatio procuratoria mandari queat, nisi tamen quidam statutis aut legibus excludantur. Ita e. g. ius negotiationem procuratoriam exercendi varie restringitur in den Leipziger Eramer-Zimmungs-Artikeln d. a. 1692. (in Statut. Lipsiens. p. 182.) art. 9.

Sonsten sollen die Fremden insgesamt, wie auch Einheimische, welche Handwerker seyn, und also ihre besondere Bewerbsmitte für sich haben, zu Vermeidung schädlicher Confusionen bei der Merkatur, sich dergleichen Handlungs-Negotien mit Commissionsen und Factoreyen gänzlich enthalten, rel.

Haud

Haud minus eidem negotiationi certi constituti sunt fines in dem
Leipziger Tuchhändler-Zinnungs-Artikeln d. a. 1698. art. 26. in
Statut. Lipsiens. p. 222. *)

Similiter huc pertinet *Mandat. Sax. ad Iudaeos in Lusatia Inf.*
commorantes pertinens d. d. 1. Maii 1766. in *S. C. A. Tom. II. p.*
1064. no. 8. vbi sancitum:

Daß die Ausflucht, sie (die Juden) bringen diese und jene Waaren
commissionsweise und nicht zur Handlung von den Messern
ein, nicht weiter statt haben, noch ihnen eine Commission, un-
ter was Prätext oder Bescheinigung es sei, passiren, sondern
alles vor propre Handel, der es auch allemal wirklich ist, ange-
sehen werden soll.

Inter quaestiones hic disceptandas *prima* haec esto: Num scilicet
ei, cui merces vendendae transmittuntur, eas ita vendere liceat,
vt emtori fidem de pretio habeat, residuumque mandanti im-
putare s. in rationes referre possit? Qua quidem in re ego di-
stinguendum censeo, vtrum mercium dominus alteri mandau-
erit, vt eas non nisi pro parata pecunia vendat, aut nomina sal-
tem eorum, qui non nisi fide de pretio habita emere volunt,
sibi indicet suumque consensum expectet, an simpliciter merces
alicui vendendas transmiserit. Illo casu mandatario fines man-
dati

*) Conf. etiam die Leipz. Wagordnung d. a. 1597. in *Statut. Lips.* p. 124.

dati excedere emtoribusque fidem de pretio ex animi sui sententia habere haud licet, posteriore contra hoc utique facere potest, modo emtorum fides haud vacillet, sed homines integrae sint famae, quibus cum mandatarius sua in re, tum alii aequae credidissent; idque propterea, quod paucissimi mercatores res suas non nisi pro parata pecunia vendant, sed eorum plerique emtoribus fidem de pretio habere solent. Omnis negotiatio, ut satis constat, fide maxime nititur, nec facile quisquam magnos in ea fecerit progressus, qui merces suas non nisi pro parata pecunia vendere constituit. Recte igitur mandatarius suo fungetur officio, si aliena in re idem fecerit, quod mercatores faciunt tantum non omnes, ipseque, si tulisset occasio, in re sua fecisset. b) Atque huic sententiae subscribit G. BARTH in *Hod. forens.* p. 624. in eamque iudicatum esse refert his verbis:

Würde Appellatens Principal sein Handelsbuch, daraus der Extract fol. — genommen, eidlich bestärken, ingleichen vermittelst Eides erhalten, und daß er Sempronien die in der Specification sub D. enthaltenen 1 3/6 Mark anderergestalt nicht schuldig worden, als daß er — die Waaren für Sempronien's Rechnung

b) Vulgo quidem mandatarium ad omnem culpam, etiam leuissimam, praestandam obligari contendunt. ABR. WIELING autem in *not. ad Alex. Chassanai Paratitl. Inst.* p. 211. ex praescripto legum in mandato regulariter dolum tantum et culpam laram praestandam esse docuit.

nung in Commission übernommen und verkauft, auch von den
Käufern das Kaufgeld noch zur Zeit nicht erhalten, und also
Sempronius solches nicht entrichten noch verrechnen können,
schweben, inmaßen ihm vor allen Dingen zu thun obliegt,
rel.

Aliud autem dicendum, si mandatarius fines exceßerit mandati,
quo pertinet alia formula apud eundem BARTHIVM l. c.

Hat Titius an einem gewissen Orte ein Messinghammer-
werk, und auf selbigem Cajum zum Factor angenommen, auch
ihm das Messing auf Zeit auf gewisse Maaße zu verkaufen nach-
gelassen. Nachdem nun antzo solcher Contract wieder aufge-
hoben werden soll, will Cajus bei der Schlussrechnung Titio
unterschiedene Debitores, welche von etlichen Jahren her schul-
dig seyn sollen, überweisen; und ihr verlanger zu wissen, ob er
solche anzunehmen gehalten? D. n. w. angeführt werden möch-
te, daß Titius Cajus von den Messing Waaren auf Zeit zu ver-
kaufen, folglich zu verborgen nachgelassen, mid deshalb nun-
mehr die Debitores anzunehmen sich nicht verweigern könne;
D. a. d. ihm dergleichen so schlechterdings nicht verstatet, son-
dern dem Anziehen und beygefügten Schreiben nach dabey die-
ses, daß er, Cajus, vor allen Dingen, wer die Käufer seyn,
und ob man ihnen ohne Gefahr und sicher trauen dürfe, genau
erkundigen, auch, ehe er jemanden was abfolgen lasse, ihm,
Titio,

Titio, vorher Nachricht davon geben solle, bedungen werden, welchem derselbe nicht nachgekommen, und ein Faktor, wenn er wider die ihm ertheilte Ordre handelt, den daraus entstehenden Schaden tragen muß; So ist Titius die von Cajo bey seiner Schlußrechnung mit angegebenen Debitores zu übernehmen nicht verbunden.

Consentit etiam I. H. IUNGIVS l.c. §. 540.

Wenn ein Handelsmann Waaren durch einen Commissionair verkaufen läßt, und dieser gebraucht alle Vorsicht, die in der Handlung nothwendig ist, so kan der Committent bey einem Falliment des Käufers keinen Anspruch an den Commissionair machen. Denn es ist ein unvermeidliches Unglück, das natürlicherweise den Eigenthümer betreffen muß. War aber der Commissionair leichtsinnig, so verhält sich die Sache anders. Indessen ist's freylich für den ersten sicherer, wenn er dem letztern gegen erhöhete Provision aufträgt, ihm für die Verkaufsumme del credere zu stehen. In dem Fall wird der Commissionair wohl zusehen, wem er verkauft.

Ceterum per se facile intelligitur, eum, qui alicui merces vendendas transmissit, venditis iis fide de pretio habita, pretium etiam ab emtoribus exigere posse, nec eam in rem cessione mandatarii opus habere, modo aut emtores, cuius merces fuerint,

rint, ab initio sciuerint, aut postea ea de re a venditore certiores reddantur. Facit huc *l. 13. §. 25. D. de act. emt. et vend.* Si procurator vendiderit, et cauerit emtori, quaeritur, an domino, vel aduersus dominum actio dari debeat: et Papinianus putat, cum domino ex emto agi posse utili actione, ad exemplum in iustitiae actionis, si modo rem vendendam mandauit: ergo et per contrarium dicendum est, utidem ex emto actionem domino competere. Conf. etiam BARTH *l. c. p. 466.*

Porro (II.) quaeritur, mercibus alicui, ipso petente, transmissis, quid in dubio praesumendum sit, num scilicet procuratoris gratia (in Commission), an ita, ut accipiens eas sibi habeat pleno iure, fideque de pretio habita (auf Conto), missae videantur? Et hoc quidem praeter illo in dubio statuendum esse, facile persuaderi sibi patietur, qui legerit H. BROKESIIUM in *Sch. Obs. for. no. 66.* Scilicet aut mercator ab altero certas sibi merces transmitti rogauit, aut dominus mercium easdem spontaneo motu sine alterius precibus transmisit. Priore casu merces, fide de pretio habita, datae censentur, quoniam accipiens illas ad suam ipsius utilitatem petit, atque sic animum alterius negotia gerendi non habuit. Posteriore contra merces procuratoris gratia traditae videntur, quia accipiens illas non desiderauit, sed dominus easdem ad quaestum ex iis faciendum sponte transmisit. Atque ita etiam iudicatum esse, apud BROKESIIUM *l. c.* relatum legimus.

Pendet hinc decisio quaestionis III, ad quem scilicet periculum mercium transportandarum pertineat? Illum, qui merces certo pro pretio sibi ab altero transmitti postulat, earum periculum, simulac transmittuntur, ferre, vix potest dubitari. Docet hoc nos §. 3. *I. de emt. et vend.* Cum emtio et venditio contracta sit, quod effici diximus, simulatque de pretio conuenerit, cum sine scriptura res agitur, periculum rei venditae statim ad emtorem pertinet, tamen si adhuc ea res emtori tradita non sit, nec non *l. 8. pr. D. de per. et comm. rei vend.* Necessario sciendum est, quando perfecta sit emtio: tunc enim sciemus, cuius periculum sit: nam perfecta emtione periculum ad emtorem respiciet. Et, si id, quod venierit, apparsat, quid, quale, quantum sit, sit et pretium, et pure venit, perfecta est emtio, itemque *l. 65. pr. D. de A. R. D.* Si epistolam tibi misero, non erit ex tua, antequam tibi reddita fuerit. Paulus: imo contra: nam si miseris ad me tabellarium tuum, et ego rescribendi causa litteras tibi misero, simul atque tabellario tuo tradidero, tuae fient. Idem accidit in his litteris, quas tuae auctoritatis rei gratia misero: veluti, si petieris a me, uti te alicui commenderem, et eas commendatitias tibi misero litteras.

Conf. STRUBEN *Rechtl. Bedenken P. I. no. 65. p. 247.* ibique citati e). Aliter autem se res habet, quando quis alteri merces vendendas transmittit, quippe qui earum dominus manet, ideoque etiam periculum sustinet. Nec huc transferri potest distinctio

e) Quibus iungendus est IUNGIVS *l. c. §. 405.*

finctio in contractu aestimatorio obtinens, vt scilicet accipien-
 tis periculum sit, si ipse dantem rogauerit, dantis contra, si ro-
 gauerit accipientem, sin neuter alterum rogauerit, accipiens do-
 lum tantum et culpam latam et leuem praestet, *l. i. §. i. D. de*
aestimator. l. 17. §. i. D. de praesc. verb. Est enim hoc singulare
 contractus aestimatorii, quod ad negotiationem procuratoriam
 propter diuersam eius indolem applicari nequit. Fallit autem
 regula a nobis proposita, si is, qui merces vendendas accepit,
 aut periculum earum in se suscepit, aut culpam ipse contraxit.
 Quid autem, si pretii soluendi causa fidem suam interposuit,
 seu, vt mercatores loquuntur, quando *del credere zu stehen* pro-
 misit? Ne tunc quidem periculum mercium ipsarum, sed, iis
 fide de pretio habita venditis, pretii tantum periculum sustinet.
 Vnde sequitur, vt, si res ante venditionem absque eius culpa pe-
 reant, periculum earum mandans, utpote dominus, sentiat. Per-
 petua enim est iuris regula, casum sentire dominum, eumque
 neminem praestare, nisi speciali conuentione illum in se recepe-
 rit, *l. 23. D. de R. I.*

Cum igitur IV. mandans mercium, donec reapse vendan-
 tur, dominus maneat, facile intellectu est, mandatario foro ce-
 dente merces vendendas, apud ipsam adhuc exstantes, nequa-
 quam eius creditoribus cedere, sed a transmittente, utpote do-
 mino,

mino, vindicari posse, et hoc facta a massa, vt vulgo loquuntur, separandas mandantique exhibendas esse, quod quidem non modo notissimis iuris regulis optime congruit, sed apud nos etiam lege diserte sancitum est. En verba *Ord. Rec. Tit. 42.*

Wenn in des Schuldners Verlassenschaft sich solche Sachen in natura finden, welche andern eigenthümlich zustehen, als deposita, und was der Schuldner in Commission gehabt, — sind sie billig von der massa concursus zu separiren, und den Eigenthümern abzufolgen. d)

Quid autem V. si merces apud mandatarium non amplius exstent, sed hic pretium earum iamiam perceperit, potestne tunc mandans hoc etiam, tanquam rem suam, vindicare? Respondeo, hoc eum tunc demum facere posse, si pecunia exacta apud vendentem reapse adhuc inueniatur, idque a mandante probari queat: alias enim hic, tanquam creditor, concursui creditorum se immiscere tenetur, locumque creditores inter chirographarios, in vltima scilicet classe, inueniet.

Fac

d) Item fere legitur in *Ord. Camb. Francofurt. d. a. 1739.* (in der ersten Uhlischen, Fortsch. d. Siegels. *Corp. iur. camb. p. 74.*) S. 52. ad quem locum vid. Orths *Samml. merkwürd. Rechtshändel, P. V. Frankfurt. 1769.* no. 6. Scripsit etiam P. H. WIDOW *diss. de dominio mercium, interuentibus literis recognit. transmissar. moto concursu creditoribus cedente, Goett. 1761. et recuf. Erfurt. 1783.* quae tamen ad manus meas nunquam peruenit.

Fac autem VI. mandantem decoxisse, et mandatarium literas eius cambiales acceptasse pecuniamque soluisse, annon tunc huic compensare, seu, quod soluit, a pretio mercium deducere et non nisi residuum exhibere fas est? Iure communi hoc tunc demum permissum esse videtur, si, mercibus venditis, pecunia restituenda est, neutiquam autem, si merces apud accipientem adhuc exstant, propterea quod non admittitur compensatio speciei ad quantitatem s. corporis cum pecunia, vt probatum dedimus *Interpr. et Obs. cap. 32.* Sed aliter, quod ad merces vendendas alicui transmissas attinet, apud nos obtinet fauore commerciorum, idque ex praescripto *Mandati d. d. 4. Septembr. 1669.*

3) wollen wir es wegen derer Güter, welche einem oder dem andern in Commission gegeben, alle dings, wie in andern Handels-Städten eingeführet und üblich seyn soll, nicht weniger bey Unserer Stadt Leipzig dergestalt hinführo gehalten und in Acht genommen wissen, daß derjenige, so von einem andern Waaren in Commission zu verkaufen empfangen, daneben aber von demselben mit Wechsel belegt worden, wegen seines Vorschusses an den empfangenen Waaren sich bezahlt zu machen berechtiget, auch, da in Fallimenten und sonstigen solche Waaren mit Arrest oder Verbot beladen würden, er mehr nicht, als das Residuum, so nach seiner Befriedigung übrig verbleibet, herauszugeben schuldig seyn soll.

Idem

Idem vero in *Ord. Camb. Lips.* §. 34. ad merces etiam apud aliquem tantum depositas prolatum est his verbis:

Wenn einer Wechselbriefe acceptirt und bezahlt hätte, der Trafsant aber vor gescheneer Zahlung in Miscredit und Abfall der Nahrung gerathen wäre, und deswegen ein concursus creditorum sich ereignete, so soll es billig wegen der Güter, welche dem Acceptanten in Commission oder sonst in Verwahrung gegeben worden, wie bisher, also noch ferner nach Inhalt des Decisio-Befehls d. a. 1669. dergestalt gehalten und in Acht genommen werden, daß derjenige, so von einem andern Waaren in Commission zu verkaufen, oder auch sonst zu verwahren empfangen, daneben aber von demselben mit Wechsel belegt worden, wegen seines Vorschusses an den empfangenen Waaren sich bezahlt zu machen berechtiget, auch wenn gleich in Fallimenten und sonst solche Waaren mit Verbot beschlagen, oder Hypotheken vorhanden wären, er dennoch mehr nicht, als das Residuum, was nach seiner Befriedigung übrig bleibt, herauszugeben schuldig sey,

et quanquam *Ord. Rec. Tit. 47. §. 1. mercium tantum vendendarum* (der Commission-Waaren) mentionem faciat, ideoque dubitari posset, an, quod in *Ord. Camb. Lips.* §. 34. de rebus depositis legitur, hodie adhuc obtineat, idem tamen, utpote haud diferte sublatum, utique etiamnum locum inuenire videtur.

Si

Si quis VII. alterius mandatu pecuniam exegerit, et hac ipsa litteras cambiales, quas trassatas dicere solent, emat, non suum, si sapit, sed mandantis nomen litteris cambialibus inferi curabit. Quodsi enim mandatarii nomen inseratur, et hic postea indosamentum suum addat, ex hoc ipso mandanti tenebitur. En verba *Ord. Camb. Lips. §. 23.*

Wenn ein Faktor vor seinen Principal Geld abgiebt, soll er den Wechselbrief an seinen Principal oder Commis zu bezahlen richten lassen. Würde er aber den Brief an sich oder Commis stellen lassen, so bleibet er auch Kraft seines Indosaments als Selbstschuldner davor gehalten.

Quod enim de infitore hic sancitum est, ob similitudinem rationis sine dubio etiam in mandatario (commissionair) locum inueniet.

Notari etiam VIII. hic meretur, quod sancitum est in *Mand. d. d. 21. Mart. 1786.* eos scilicet, qui in mercibus, eum in finem, ut alibi vendantur, transmittendis modum excefferint, eo que iisdem dilapidandis occasionem praebuerint, pro dolosis deceptoribus haberi debere,

Daß diejenigen Kauf- und Handelsleute, welche ohne Bestellung, und blos für eigene Rechnung, Waaren in übermäßiger Menge versenden, auch wohl solche zu dergleichen Versendung

Abzug von denen Fabrikanten und Faktors auf Konto nehmen, einen Theil der Gelder von auswärtigen Korrespondenten anticipiren, und dadurch zu Verschleuderung der Waaren unter dem Courantpreise Anlaß geben, daferne sie dessen überführet, ebenfalls als betrüglische Verschwender angesehen, mithin zu dem beneficio cessionis bonorum nicht gelassen, vielmehr in Konformität des §. 12. gedachten Mandats bestraft — werden sollen.

Nec IX. silentio praetereundum est, quomodo fraudibus eorum, qui vect gali, quod vulgo *accisa* vocatur, obtentu mercium procuratorio nomine vendendarum damnum inferre gestiunt, obtiniam eundum sit ex praescripto *Mandati Sax. d. a. 1767. §. 53.* in *S. C. A. Tom. II. p. 1085.* vbi sancitum:

Die Kommissions- Waaren sind sogleich bey dem Einbringen nach den Sätzen der Accis- Ordnung zu vergeben, und sollen mit dem sogenannten Commissions- Stempel gezeichnet werden. Was aber unverkauft zurückgehet, davon ist gedachter Stempel durch den Güter- Beschauer wieder abzunehmen, in dessen oder des Visiratoris Gegenwart in ein Behältniß einzupacken, und dieses hinwiederum wohl zu versiegeln. Wenn sodann der Ausgang vom Postbeschauer oder Thorschreiber behörig attestirt worden, ist hierauf die erlegte Accise von dem, was wirklich

aus:

ausgegangen, von der Einnahme gegen richtige Quittung zu restituiren.

Finio iam X. memoranda specie haud vulgari, quam nuper legi in Ill. E. F. KLEINI Annalen d. Gesetzgebung und Rechtsgelehrsamkeit in d. Preuss. Staaten P. III. p. 303. Quaerebatur scilicet, vtrum merces, quas mercator aliquis alterius mandatu, suo quidem nomine, illius autem pecunia, emerat, suisque in rationibus mandanti adscriperat, ad hunc, an ad mandatarium pertineant? Causa ad Supremum Consilium, quod die Gesetz-Commission appellatur, delata ab hoc ipso ita decisa fuit:

Auf die — von der Breslauer Ober-Amts-Regierung —
eingesandte Anfrage, des Inhalts:

Wenn ein Kaufmann von einem auswärtigen Handlungs-
hause Bestellung auf bestimmte Quantität Waaren von vor-
geschriebener Qualität und zu bestimmten Preisen erhält,
die Ausrichtung dieser Bestellung gegen Berechnung aller
Kosten und eine verabredete Provision übernimmt, und zum
Einkaufe der Waaren von dem auswärtigen Besteller Gelder
beziehet, die Waaren selbst aber auf seinen eigenen Namen,
ohne den Committenten zu nennen, einzeln und parthien-
weise, theils gegen baare Bezahlung, theils auf seinen ei-
genen Credit erkaufte, und sodann aus dem gesammelten

Waaren-Vorrath die Leinwand nach den bestimmten Preiffen aussehet, auf die Bleiche giebt, und mit der Bemerkung in seinem Buche einträgt:

zur Bleiche gegeben für Rechnung N. zu N.

ist alsdem diese Waare als ein Eigenthum des auswärtigen Bestellers, oder als ein Eigenthum des die Bestellung ausrichtenden hiesigen Kaufmanns anzusehen?

— hat die Geleh. Commission dahin concludirt:

daß das Eigenthum einer vorhandenen, auf Bestellung eines auswärtigen Kaufmanns von einem hiesigen Kaufmanne zwar auf seinen eigenen Namen allhier eingekauft, aber als dem auswärtigen Besteller zugehörig in seinem Buche vermerkten Waare dem auswärtigen Kaufmanne zustehe,

samque decisionem Rescriptum regium M. Nou. anni praeteriti non modo confirmavit, sed aliis etiam in causis similibus observari iussit. Esi enim mercator Berolinensis merces suo emerat nomine, quo facta, cuius pecunia res emta fuerit, haud attenditur, propterea quod in singularibus res haud succedit in locum pretii, l. 8. C. Si quis alteri vel sibi sub alter. nom. vel alien. pec. em. sufficit tamen, mercatorem Berolinensem merces non sibi emisse, sed mandanti, easdemque in huius rationes retulisse. Merito igitur hic etiam locum inuenit Tit. Cod. plus valere, quod agitur, quam quod sumulate concipitur.

Sed

Sed indicenda nunc sunt sollemnia inauguralia
candidati doctissimi

IOANNIS DIETERICI BAETCKE

HAMBURGENSIS

qui sua de vita, laudabiliter adhuc acta, ipse his verbis exposuit:

Ego, Ioannes Dietericus Baetcke, natus sum Hamburgi d. II. Febr. MDCCLXV. patre GEORGIO GOTTLÖB, mercatore, matre e gente Rodatz, quam quidem praematuro morte mihi ereptam lugeo. Pater optimus a tenera aetate me omnibus iis artibus atque scientiis, quibus imbibendis aetas haec apta est, erudiri sedulo curavit. Postea me recepit Ioanneum, quod Hamburgi floret, ubi per sex, et quod excurrit, annos addiscendis litteris humanioribus, ductu virorum summa pietate mihi colendorum, operam nauavi. Iam ad altiora transiturus anno MDCCLXXXV. Goettingam petii, ubi praefectiones Pütteri, Moekertii, Waldeckii, Kaestneri, Federi, Spittleri, Beckmanni, VV. CC. frequentavi. Anno integro Goettingae peracto Kiloniam me contuli, ibique Cel. Trendelenburgii, Iensenii, Weberi, Hegewischii, Valentineri, Numanni scholis interfui. Lipsiam veni anno MDCCLXXXVIII. civibusque academicis ab Exc. Eckio, tunc Rectore Magnifico, adscriptus sum. Hic ab Hindenburgio, Bienero,

C 3

Schotto,

Schotto, et denique Püttmanno, Viris Celeberrimis, proficere studui, tandem autem, cursu studiorum meorum absoluto, Illustrum Ictorum Lips. Ordinem adii, utque, superatis solitis examinibus, ante reditum in patriam summi in iure honores mihi conferantur, petii.

Huic desiderio, superato utroque examine, deesse Collegium noluit. Quapropter proximo die Mercurii in auditorio Ictorum hora a meridie II. I. XI. C. de feriis exponet, mox autem d. III. Decembr. hora IX. eodem loco diss. de distinctione inter animum occidendi directum et indirectum et iurisprudentia criminali eliminanda me praeside publice defendet, quo facto vir Summe Reuerendus, Illustris atque Excellentiss. Dn. D. HENRICUS GODFREDUS BAUERUS, Hereditar. in Stötteritz, Sereniss. Elector. Sax. a Consiliis Prouocat. et in Supr. Cur. Prouinc. Assessor, Cod. Antecessor Ord. Eccles. Cathedr. Merseburg. Canon. Capitular. Colleg. Ictor. Sen. Academ. Decemu. rel. fautor et collega honoratissimus, cui ex eiusdem Ordinis decreto promotoris munus delegaui, summos in iure honores cum omnibus priuilegiis atque iuribus huic dignitati adnexis, sola spe ad sessionem in Collegio nostro adspirandi excepta, ipsi tribuet atque concedet.

Quam sollempnitatem vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLUSTRISSIMI, VTRIVSQUE REIP. PROCERES

GRA-

GRAVISSIMI, CIVES denique GENEROSISSIMI NOBILISSIMI-
QUE praesentia sua honorifica splendidiorem reddere velint
maximopere rogamus. Scr. Lipsiae a. d. XXVIII. Nouembr.
MDCCLXXXIX.



XXIX

MDCCCLXXXIX. In nomine Domini Amen. Nos Johannes Baptistus
maximopere regimus. Sed Lipsiae a. d. XXVIII. Novemb.

Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or a reference to a specific document or collection.



Leipzig, Diss., 1789 P-Z

X 241 78 29


ULB Halle

3

006 383 351







~~1789, 78.~~

7

PROCANCELLARIVS
IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS

I. V. D

CATHEDRALIS ECCLESIAE NVMBVURGENSIS CANONICVS
PANDECT. PROFESSOR ORDIN. ET COLLEG. ICTOR
ASSESSOR

SOLLEMNIA INAVGVRALIA

PRAECLARISSIMI CANDIDATI

IOANNIS DIETERICI BAETCKE

HAMBVURGENSIS

A. D. III. DECEMBR. MDCCLXXXIX

PVBLICE CELEBRANDA

INDICIT

